



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio septima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Magistri Durandi de

Item eadem est damnatio angelorum & hominum,
sed in hominibus damnatis non est ordo prælationis; ergo neque in angelis.

CONTR. A. de primo angelo dicitur Iob. 40. Ipse
est rex super omnes filios superbie, sed regnum sonat in
prælationem, quare &c.

RESPONSI O. Dicendum quod ordo prælatio
nis est in dæmonibus, hoc enim congruit eorum naturæ,
& nequit eorum quod congruit cori naturæ patet, quia
sicut se habet natura ad naturam, sic actio ad actionem,
nunc est ita quod in dæmonibus natura vnius subditur
naturæ alterius, maximè quod illos qui differunt specie;
ergo & actio actioni. Sed ordo prælationis consistit in
hoc quod actio subditi subest actioni prælati, & secundum
eam regulatur, ergo &c.

Item congruit eorum nequitæ, quia plus nocet exer
citus ordinatus, quam inordinatus. Sed multitudo demo
num est quasi quidam exercitus ad impugnandum homi
nes, ergo congruit eorum nequitæ, quia volunt homini
bus nocere, ut habeat inter se ordinem, & hoc dicit glo
super primam epistolam ad Corin. quod quandiu durat
inundus, præfunt angeli angelis, dæmones dæmonibus,
& homines hominibus.

A primum argumentum dicendum quod non est
simile de bonis angelis & malis, bonum enim potest esse
integrum, & ideo in angelis bonis non cadit inordinatio.
Sed in malis non potest esse integrum, est enim importa
tive, & seipsum destrueret, vt dicitur. 4. Ethic.

Ad secundum dicendum quod non est simile de ho
minibus & angelis, quia inter homines non est gradus
naturæ, nec homines damnati habent aliquam operationem
circa nos, sicut habent dæmones, & ideo dæmonibus con
gruit ordo prælationis, non autem hominibus.

QVÆSTIO QVARTA.
Vtrum dæmon vietus possit deinceps
aliquem tentare.

Tho. 1. q. 114. ar. 5.

Q Vartò queritur, vtrum dæmon vietus possit de
inceps aliquem tētare, videtur quod sic, quia Lucifer
creditor fuisse, qui tentauit Christum, & perfecit ab
eo vietus fuit. Mat. 4. sed idem in fine mundi, tempore
antichristi tentabit grauissime homines, vt in litera dicta
tur, quare &c.

Item quanto pauciores sunt tentatores, tanto facilior
est tentatio, sed multi & quasi infiniti dæmones à princ
ípio mundi per sanctos vieti sunt, ergo si semel vieti am
plius tentare non possunt in fine mundi essent paucissimi
tentatores, & facillima tentatio, quod fallum est.

CONTR. A. iustitia humana exemplata est à di
uina. Sed secundum iustitiam humanam, pugil vietus se
mel non recipitur iterum ad duellum: ergo secundum iu
stitiam diuinam dæmon semel vietus non debet à Deo per
mitti quod tenter alium.

RESPONSI O. dicendum quod dæmon tentas
hominem de aliquo virtu (puta gula) quantumcumque sit
perfecit vietus potest tamen aliud tentare hominem etiā de
eodem virtu. Item eundem à quo vietus est potest tētare de
aliu virtu, sed eundem eodē modo se habentem non po
test tentare de eodē virtu. Quod totū patet vñica ratione
sic, omnis tentans sub spe aliquis victorie tentat, sed dæ
mon quantumcumque perfectè vietus ab aliquo potest spe
rare qd vincet alios, etiam simili tentatione, quia non om
nes sunt eiudicati voluntate vel firmitate in resistendo ten
tationi potest etiam sperare quod vincet eundem tentando
de aliu virtu, quia frequenter qui non est pronus ad vñum
virtutem est pronus ad aliud, sed non potest sperare qd eun
dem eodem modo se habentem vincat eadem vel simili
tentatione, quia idem manet idem natum est eodem mo
do resistere, propter quod nisi mutetur processu temporis
non potest sperare victoriam de eo.

AD ARG. respondendū. Prima enim duo solum
probant quod vietus ab uno potest alios tentare quod
concedimus.

AD ARG. in contrariū dicendum, qd non est simile
de dæmoni vieto in pugna spirituali, & de pugile vieto
in pugna corporali, quia in pugna corporali præsumuntur
quis vietus ex defectu virtutis corporalis que in viris per

Sancto Porciano

felicis semper tendit ad defectū. Sed in pugna spirituali
vincitur dæmon quia tentatus non præbet tentationi al
fensus. Assentit autem tentationi unus (cui non assentit alius)
Et idem assentit vni tentationi qui non assentit alii. Et
vnu idem dissentit vno tempore tanquam bene dispositus
qui alio tempore simili tentationi cōsentit tanquam
male dispositus secundum mentem, ideo &c.

Sententia huius septima distinctionis
in generali & speciali.

Vprā dictum est, &c. Superiorus determinauit Magi, de
statu angelorū tam peccantium quā non, siue beatorū
& malorū. Hic verò determinat de potestate virorum
Et diuiditur in duas. Primo determinat eorū potestatem
quantum ad eorum meritum. Secundo quantum ad eorum
assumptionem corporum. Secunda in princ. 8. dist. Solet
etiam in questione. Prima est præsentis lectionis, & diui
ditur in duas. Primo determinat de potestate virorum,
scilicet tam bonorum quā malorum generaliter. Secundo
de potestate malorum specialiter. Secunda ibi, & licet 2a
geli mali. Prima diuiditur in quatuor partes. Primo de
terminat eorum potestatē. Secundo obicit contra deter
minata. Tertiū solvit. Quartū concludit solutionem. Se
cunda ibi, sed & semper nec boni peccare possunt. Tertiū
ad quod dicimus. Quarta, non ergo post conformatiōne.
Secunda principalis in qua principaliter determinat de
potestate malorum, & diuiditur in duas. Primo determina
eorum virtutē in cognoscendo. Secundo in operando. Se
cunda ibi, quorū scientia & virtute, hæc secunda diuiditur
in tres. Primo determinat ad quid eis data est potestatē. Se
cundo ostendit quā potestatē habent eis quā non. Tertiū
exculcat a perfecta determinatione. Secunda ibi nec pu
tandum est. Tertia, quoq; sciendū. Secunda istarum di
uiditur in tres. Primo ostendit quod non possunt ad nut
rum corporalem materiam transmutare. Secundo ostendit
quod non possunt creare. Tertiū quod aliquod ministeriū
creationis possunt rebus adhibere. Et declarat per
exempla. Secunda ibi, nec sanè creatorē. Tertia ibi, sicut
ergo nec parentes. Hac est diuisio litera in generali.

IN speciali sic procedit & proponit primò qd mali at
geli potest peccati non possunt benefacere, licet possint bo
num facere, nec etiā boni potest confirmationē possunt pec
care. Deinde obicit dicens qd si boni angelii non possunt
peccare, ergo non habent liberum arbitriū. quia secundum
Hier. omnis creatura ex lib. arb. est veribilis. Postea re
spondet dicens qd absq; dubio boni peccare non possunt,
nec propter hoc minus habent de lib. arb. quia non coa
ctione aliqua, sed spontanea voluntate & immutabilitate
bonum diligunt & eligunt, sicut nec minus habent de li
bertate qui non possunt seruire peccato, sic nec angelii mi
nus habent quia non possunt peccare. Hæc autem immutabili
tas non est eis ex natura, sed ex gratia confirmante. Dein
de concludit suum intentū. Et subdit qd autoritas Hier. in
contrariū intelligitur de lib. arb. per gratiā non confite
mato. Postea determinat de potestate malorum specialiter,
& dicit qd dæmones tripliciter aliqua cognoscunt, vel sub
tilitate sue naturæ, vel experientia temporū, vel revelatio
ne superiorū spirituum. Subdit etiam qd ipsi quis futura sunt
ali quando præsciunt. Deinde dicit qd virtute & scientia
dæmonum magica artes fiunt, datur autem dæmonibus po
testas, vel ad fallendum fallaces, vel ad monendum fidèles,
vel ad exercitium & probationem sanctorum. Deinde di
cit qd dæmones neq; sunt putandi habere hæc potestatem
(scilicet quod materia corporalis eis ad nutrum seruat.)
Deinde dicit qd non possunt aliquid creare, sed quacunq
faciunt non ex sua virtute, sed ex oculis rerum semini
bus producent. Postea dicit quod ad ministeriū dæ
mones adhibere possunt, quod probat per simile in ex
ercitiis humanis, sicut agriculta ad productionē fructuum,
& predicatoris ad illuminationē métiū. Ultimò sub
dit quod aliquia possunt angelii mali facere per naturam,
qua non permittuntur à Deo facere. Alijs multe facere
non possunt, quia ad ea natura eorum non extendit: que
autem possunt, & que non, homini determinare difficile
est. Et in hoc, &c.

QVÆSTIO PRIMA.
Vtrum angelii beati possunt peccare.

Tho. 1. q. 62. ar. 8.

Circa

Lib. II. Distinctio. VII.

Circa distinctionem istam queritur tria. Primum est de libertate arbitrii honorum & malorum angelorum. Secundum est de cognitione dæmonum. Tertium est de potestate eorum. Circa primum queritur duo. Primum est, Vtrum angeli beati possint peccare. Secundum est, vtrum angeli mali possint benefacere. Ad primum sic proceditur. Et arguitur quod angeli beati possint peccare, quia gratia & gloria non tollunt naturam. Sed de ratione creaturarum est quod possint deficere, quare &c.

2. Item quanto aliquid est liberius, tanto minus est determinatum. In naturalibus enim quae sunt ad unum determinatum, nihil est libertatis. Sed lib. arb. in angelis bonis non est minus liberum quam prius (alioquin beatitudine auferret eis aliquid perfectionis sua.) ergo est & que indeterminatum ut prius, sed prius fieri portuerunt ad malum, ergo & nunc.

3. C O N T R A . per beatitudinem transformamur in Dei similitudinem (vt dicitur. i. Ioan. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus) Sed Deus est impeccabilis, ergo &c.

4. R E S P O N S I O . Videnda sunt duo. Primum est, unde conueniat aliqui quod peccare non possit. Secundum est, vtrum illa causa reperiatur in beatibus.

5. Q Y A N T U M ad primum dicendum quod ex hoc prouenit peccatum in electione, quod pater cedit aliquis defectus in ratione defectus inquam erroris, vel negligentie, vel inconsiderationis, & vbi non potest esse aliquis defectus in ratione, nullo modo potest esse peccatum in electione: quod pater duplicit. Primum: quia sicut se habet habitus ad habitum, sic actus ad actum: Sed impossibile est aliquis habitus esse virtutis in voluntate cum perfecto habitu rationis practicae, ergo non potest esse in ea aliquis actus virtiosus, nisi actus rationis sit in aliquo defectu, maior patet. Minor probatur, quia prudenter, que est habitus rationis practicae, si est perfecta coegerit omnes virtutes morales, & in ipsam omnes connectantur, & ideo cum ipsa non potest stare habitus virtiosus, nisi habitus contraria simul essent, quod est impossibile.

6. Secundo pater idem sic, cum voluntas sequatur rationem practicam actus voluntatis, correspondentem actibus practicis rationis. Actus autem practicis rationis est duplex, unus est respectu primorum & universalium principiorum operabilium (vpropter quod bonum est eligendum, & quod malum est fugiendum), Alius est respectu particularium eorum, scilicet quae deducuntur ex primis & universalibus principiis per deliberationem & consilium. Sic in voluntate sunt duo actus praedictis duobus correspondentes. Vnus sequens universalis iudicium de agendis. Alius sequens consilium & deliberationem de aliquo particulari agibili. Ex hoc sic arguitur, sicut se habet primus actus voluntatis ad primum actum rationis, sic secundus ad secundum. Sed primus actus voluntatis non potest esse virtiosus, quia primus actus rationis non potest esse defectuosus, ergo similiter secundus actus voluntatis eligentis aliquid post consilium & deliberationem non potest esse virtiosus, nisi secundus actus rationis, qui est deliberare vel consiliorum sit defectuosus, sed dum aliqui preditorum defectuum. Ex quo pater quod posse peccare conuenit creature intellectuali, ex hoc quod potest in consideratione deficere. Et per oppositum pater qd intellectus, qui semper actu confidet absq; vlo errore omnia qua sunt circa aliquod agibile agendum non potest circa illud peccare, propter quod Deus peccare non potest, quia actu considerat quacunque circa facienda possibilia sunt considerari. Sic pater primum.

7. E X hoc pater secundum. S. quod beati non possunt peccare, quia vbi nullus est defectus in ratione, ibi nullus potest esse peccatum in electione. Sed in beatis nullus est de defectus in cognitione. Vident enim in verbo aut alio quo modo actu quicquid ad eos pertinet in universalis & in particulari, alter non essent vere beati, neq; eorum appetitus quietatus, ergo nullum peccatum potest accidere in electione eorum. Hoc autem manifestius fieri, si videatur quomodo voluntas se habet ad finem & ad illud quod est ad finem. Hoc autem affirmendum est ex similitudine eorum quae sunt in intellectu. Assentit enim intellectus aliqui cui tanquam per se noto, scilicet primis principiis, quorum non tanta vocatur intellectus. Assentit etiam conclusionibus & tanquam propter aliud notis, & hec notitia vocatur scienciam.

Quæstio II.

245
tia, vel aliquo alio nomine. & omnes assensus rationis ad alterum alterum reducuntur tam in speculativis quam in practicis. Sit & voluntas aliquid vult propter se & illud est finis. Aliud autem propter aliud (scilicet ea quae sunt ad fines) & primus quid actus vocatur velle. Secundus autem eligeret, & ad alterum illorum duorum omnes actus voluntatis reducuntur. His autem si se habentibus impossibile est quod voluntas aliquius beati positus appetere aliquid discordans a bono diuino, quod accepit tanquam finem stante voluntate finis, & actuali iudicio in universalis & particulari, de his quae ex fine deducuntur, quia si posset illud discordans appetere, vel appetere ipsum ut finem, quod est non potest stante voluntate finis oppositi sic accepti, quia opposita non possum simili esse volita, vel appetere ipsum propter finem, quod etiam est non potest, quia deductum efficit per actum consilii, quem sequitur eleto, quod illud efficit appetendum, propter finem præceptarum, & tunc non est discordans. Cum ergo voluntas beata semper bonum diuinum velit propter se & tanquam finem, nec possum ipsum non velle, cum in eo sit ratio boni perfecti, & nulla ratio mali, stet etiam semper actualis consideratio in universalis & particulari eorum quae ex fine ita deducuntur, beati pro eo qd semper videtur quicquid ad eos pertinere, impossibile est quod voluntas beata velit aliquid discordans a bono diuino, & sic peccare non potest.

8. E X quo pater quod si beati visione beata solum viserent essentiam diuinam, & in ea vel in aliqua alia visione non viserent quae ad eos pertinent voluntas quidem eorum ab ipsa diuina essentia diuerti non posset, quin ipsam diligenter propter se & tanquam finem, quia est bonum perfectum in quo nulla sit ratio mali, tamen posset ex diuerti volendo aliquid discordans ab ea, propter defectum deductionis eorum quae propter ipsam sunt eligenda vel refutanda, sicut aliquis volens saluari vult nihilominus fornicari, quia non deducit ad fornicari sicut discordans ab eo quod est saluari, habita actuali deductione quod fornicari non stat cum saluari, impossibile est quod fornicatur, sed quia non deducit ideo fornicatur.

9. Ad primum arg. dicendum quod gratia & gloria non tollunt naturam sed defectus natura, peccare autem non dicit naturam sed natura defectum.

10. Ad secundum dicendum quod cum posse peccare non sit libertas, nec pars libertatis secundum Antelimum, indeterminatio per quam potest aliquis fieri ad malum nullam libertatem ponit, nec ablata auferit.

Q VÆSTI O . S E C V N D A .

Vtrum angelii mali possint aliquid bonum facere.

Thos. i. p. q. 45. ar. 2. De Gand. in quodl. 3. q. ii.

S Econdo queritur vtrum angelii mali possint aliquod bonum facere, & videtur quod non, quia sicut boni angelii sunt confirmati in bono, ita mali sunt obscurati in malo, sed boni non possunt peccare (vt dictum est) ergo nec mali benefacere.

2. Item ex mala voluntate non potest egredi nisi malus actus, sed dæmones mala voluntate carere non possunt, vt ait August. de fide ad Petrum, quare &c.

3. Item si dæmones possint benefacere, possint se ad gratiam præparare, & eam recuperare: consequens est falsum, ergo & antecedens.

4. C O N T R A . si dæmones non possint aliquod bonum facere, hoc inefset eis vel à natura, vel à culpa commissa, vel ab ordinatione diuina, non à natura, quia natura bona est, peccantem etiam omnes, statim cum habuerint naturam. Nec à culpa quam primò commiserunt, quia illa non manet in eis actu, sed reatu. Nec ab ordinatione diuina, Deus enim non ordinat aut vult mala fieri, sed facta puniri, quare &c.

5. R E S P O N S I O . Cum sit triplex bonum sicut ad presens loquitur, scilicet bonum naturae, moris & gratiae. Manifestum est omnes actus dæmonum habere primam bonitatem, quia illa bonitas est rei entitas, tercia autem honestate quae est à gratia carent, quia gratiam irrecuperabilem amiserunt, & causa postmodum redetetur. Restat ergo videre de secunda bonitate quae est moralis, quia proprie est bonitas debita inesse actibus creature agentis esse libe. arb. & sumitur ex obiecto & circumstantiis, vtrum

T dæmonos

Magistri Durandi de

dæmones possint hoc modo boni facere, quod sit bonū ex genere & ex circumstantiis. Et dicitur cōmūniter quod non, i. mō quicquid volunt, aut faciunt, est malum totum, vel ex genere actus cadentis super indebitam materiam, vel si sit bonum ex genere (vt confiteri Christum vel credere) depravatur tamen per aliquam circumstantiam malam.

Th. in 2. f. 5. q. 1. n. 11. Huius autem assignantur variae rationes, quidā dicentes, quod sicut impossibile est à voluntate immutabilitē adhærente bono fini procedere opus prauū: ita econtrario impossibile est à voluntate immutabilitē adhærente prauū fini procedere opus bonū. Cū finis sit mensura & regula eorū quae sunt propter finē. Voluntas autē demonis amurabiliter adhæret prauū fini, ideo &c. Minores probant, quia peccati voluntatis circa finē contingit dupliciter, quandoq; ex passione abducere rationē ab actuali consideratione recti finis, sicut in incontinentiā, & talis peccator est poniens passione cestante. Aliquādo autem ex malitia, quē secundā Philo. 7. Ethī, est corruptiā finis, reo q; qualis vniuersitatis est secundā habitu, talis ei finis videtur, & qui sic peccant, peccat ex habitu & electione, nec est poniens, vt int̄ēperatus: proper quod talis nō est curabilis, nisi habitu remoto. Peccati autem angelī nō sunt ex passione, sed ex electione & habitu, & ideo stante tali habitu non potest nō adhære malo fini, habitus autem ab eo remoueri non est possibile, cum non sit in statu vīe post casum, sicut nec homines post mortē, quia quod hominibus est mors, hoc est angelis casus, ideo &c.

Confer hec cum iis que dicuntur sup. a. 5. q. 1. n. 11. Itud non videtur sufficiēre dictū. Primo quia finis cui immutabilitē adhæret voluntas mali angelī est ille cui adhæsit primō peccādō. Sed ille finis nō est malus, quia non peccat appetendo aliquid malū de se. Sed appetendo bonū ex genere absq; debitis circumstantiis, vt dictū fuit prius, ergo voluntas angelī non adhæret malo fini, sed bono. Ex voluntate autē boni finis ex genere nō est necesse procedere opus malū, quare &c. Itē dicto q; à iunctas angelī adhæret malo fini de se, non est necesse q; à tali voluntate procedat opus malū, quia à voluntate adhærente recto fini potest procedere opus prauū, cū nō sit actualis deductio in vniuersali & particulari eorum quae sunt propter finē in vniuersali & particulari eligenda, sicut dictū fuit in p̄r̄ce. qu. Et simile est de voluntate adhærente prauū fini, quia ex ipsa potest bonū opus procedere, si non ducatur ex illo fine, sicut praestitūs sibi adulterium tanquam finem potest dare eleemosynam, non propter finem illum & bene facit: nō autem est necesse quid voluntas dæmonis malo fini adhærens omnia quae agit ex illo fine ducatur, non enim angelus malus in malo fine cui adhæret, videt omnia quae ad ipsum pertinent, sicut angelus bonus in suo fine.

8. Item sicut angelus nō peccat ex passione, sic nec ex habitu quia antequā peccaret, mali habitum nō habebat nec ex electione, sed magis ex nesciēria, vel incōsideratio ne, vt dictum fuit supra, dist. 5. qu. 1. Sicut ergo peccans ex passione, cessante passione poniēt, sicut videtur demon cessante (vt dixi) dicta consideratione qua peccauit, poniēt poterit, & cui adhærebat, poterit non adhære.

9. Ad hoc quod dicitur quid angelus post calum suū in termino, certum est quid non fuit in termino sua de rationis, cū sit incorruptibilis, nec in termino electiōis. Aliqua enim volunt & eligunt angelī mali & boni quiprū nec volebant, & nec eligebant. & econtrario prius aliqua volebant quae modo nolunt. Relat ergo quid so lum fuit in termino merendi & deinerendi, vt iam per actum quāsūcū bonū ex genere & circumstantiis non mereantur, nec de congruo grātiā, nec de condigno gloriā, nec per actum quāsūcū malum merentur ampliōrem p̄enām essentialēm, līcē fortē aliquam accidentalem p̄enām ampliōrem mereantur ex multitudine dāmatorum, sicut beati angelī ampliōrem gloriā acci dentalem habent ex salute iustorum.

10. Th. in sum. Ex hoc autem q; dæmones sic sunt in termino, nō sequitur quin possint aliquod bonū facere, quānū nō esset meritorū: ideo alia assignatur ratio, quae sumitur ex conditione naturae angelicā. Vis enim appetitiū proportionatur apprehensioni, difert autē apprehensioni angelī ab apprehensione hominis, quia angelus apprehendit in uno

Sancto Porciāno

biliter & sine discursu, homo vērō mobiliter & cū discursu, & propter hoc voluntas hominis adhæret mobiliter quasi potens discedere & contrario adhæret, voluntas autem angelī fixē adhæret & immobiliter, vnde ante adhæsionem potest liberē adhære hunc & opposito, in his dūntaxat quā nō naturaliter vult, sed postquam adhæsit immobiliter adhæret. Et ideo cōsuevit dīcī quid lib. arb. hominis flexible cū ad oppōlitā ante electionem & post, lib. arb. angelī flexible est ante, sed nō post, propter quod angelī mali post electionem suam malam in peccato obstatī sunt, ita quid bene agere non possunt.

11. Sed nec istud videtur sufficiēre. Primo quia effectus communis requirit causam cōmūnem obtinatio autē in malo el quid cōmūnē angelis malis, & hominibus damnatis, ergo causa obtinatio debet in eis assignari secundū aliquid cōmūne, & non secundū illud in quo differt lib. arb. angelī, & lib. arb. hominis, quod est immobiliter adhære, & mobiliter. Secundū quia nō videtur verum quid angelus immobiliter adhæreat his quibus se mel adhæret, quia secundū illos qui ponunt istam positionē, omnes angelis a principio adhæserūt bono, quia omnes meruerunt, sicut ipsi dicunt; sed mali post meritū præstiterū impedimentū peccando, & ita diuerterunt se à bono, cui primō adhæserant. Et sic hēc duo dicta sibi contradicunt. Itē si natura angelī est talis q; semel adhærens alii non potest ab illo defēcti. Et ex hoc sic fuit obtinatio dæmonū, q; non possunt velle aliquod bonū, ex quo primō peccauerūt, per eandē rationē boni angelī sc̄ent confirmati in bono, ita q; peccare non possunt, ex hoc solo quid meruerūt. Sed hoc est falso. Per meritū non sunt confirmati, sed per premium: ergo & illud ex quo requirit, sc̄ilicet quid naturalis modus adhæsionis angelī sit causa obtinatiois. Item dato quid dæmones immobiliter adhærent eis quibus semel adhæserunt. Ex hoc tamen non sequitur quid non possint aliquod bonum velle vel facere, sed solum quid nō possunt velle bonum oppositum malo quod elegerunt, de aliō autem bono illi malo non oppositū, non sequitur.

12. Dicendū ergo quid quānū angelī mali nō possint mereri de condigno vel congruo remissionem culpe pro eo q; secundū ordinationē diuinam tempus merētam angelis quam hominibus p̄ficiunt est: hominibus quidē mors, angelis quidē casus; hominibus quidē prolixus, quia magis distat à Deo, & in cognitionem diuinorum etiam imp̄fectam multo tempore deuenient. Angelis autem breuis tāquam habentibus deiformē intellectū. Quānū etiam angelī mali nō possint velle quod semel voleverunt, quod tamen non est afferendum, nihilominus quid non possint aliquid bonum velle quod sit bonum ex genere & circumstantiis, nec ratio aliqua perfecta conciūct, nec autoritas. Atribuere autem hoc Deo omnino inconveniens est, qui nec potest esse causa vt aliquis male velit, aut in malo volito perseueret.

13. A D. primum argumentum patet responsio ex iam dicti... nōd angelī boni non possunt peccare, pro tanto est, quia in essentia diuina, quam vident beatificantur, vident quicquid ad eos pertinet, vel alia visione beatifica. Non sic autem est de angelis malis.

14. Ad secundū dicendum quid à voluntate mala inquantum huiusmodi non potest egredi actus bonus, non est tamen necesse quid quicquid ereditur à voluntate dæmonis, egreditur ab ea inquantum mala.

15. Ad tertium dicendum quid bene facere non est se præparare ad gratiam, nisi in eo qui est in statu vīe, quālis non est angelus malus.

Q VÆSTIO TERTIA. Vtrum dæmones possint futura prædicere.

Tho. 1. p. 4. 57. 4. 3. Secundū principaliter queritur, vtrum dæmones possint futura prædicere. Et videtur quid non, quia prænunciato futurum videtur esse signum diuinitatis, secundū illud Esaiæ. 41. ventura annumerat, & dicemus quid dī effis vōs, sed dæmones non sunt dī, ergo &c.

2 CONTRA. Intellectus qui intelligēdo nullo modo depender ex tempore, potest equaliter futura, vel praeterita reuelare, quia equaliter se haber ad omne tempus.

Sec

Lib. II. Distinctio. VII.

Sed intellectus angelicus est huiusmodi, ergo cum angelis possint omnia præterita reuelare, videtur quod similiter possint & futura.

R E S P O N S I O. Videnda sunt duo, Primum est, qualia futura potest dæmon prædicere. Secundum est, quæ liter & quibus modis potest hoc facere.

+ **Q V A N T U M** ad primum secundum quod dæmon potest omnia illa prædicere quæ potest præcognoscere: dæmon autem & qualibet angelus per certitudinem cognoscunt omnia futura quæ purè dependent ex ordine causarum naturalium, per coniecturam autem cognoscunt quadam futura quæ dependent ex nostro libe. arb. Sed ea quæ dependent merè ex voluntate diuinæ, non cognoscunt nisi sibi facta reuelatione à Deo, vel à beatis spiritibus (vt dictum fuit supra, dicitur) ergo dæmones prædicere possunt de effectibus purè naturalibus per certitudinem quid enuenient, de his autem quæ ex arbitrio nostro dependet, solum potest dæmon prædicere aliquid per coniecturam. Sed ea quæ ex sola Dei voluntate dependent, nullo modo potest prædicere, nisi fuerint ei reuelata.

5 Qualiter autem talia prædicere possit, vel nobis reuelare potest dici quod potest formare sonos in aëre similes vocibus significatiuis, & in illis potest exprimere nobis conceptum suum, potest nihilominus facere quod immutaciones sensibilium quæ manet in nobis, abeuntibus sensibus veniant ad organumphantas, & sicut apparitiones cori que vult dæmon reuelare, Sicut enim in formis sunt apparitiones. Vnde Arist. lib. de som. & vig. assignans causam apparitionis somniiorum dicit quod dum animal dormit descendente plurimo sanguine ad principium sensituum, simul descendunt motus, id est, impressiones ex sensibilium motionibus factæ, & fit quedam apparitio ac si tunc phantasias ab ipsis rebus exterioribus immutaretur, & tanta potest esse comotor humorum & spiritus, quod huiusmodi apparitiones etiā vigilantibus hant. Sicut patet in freneticis. Sicut ergo hoc per naturalem comotoriem sic fieri potest per naturalem dæmonis virtutem cui natura corporæ obedit quantum ad motum localē, vt postea dicatur. Præter autem hos duos modos quibus potest nobis aliquid reuelari per angelum bonum vel malum non videtur alius modus possibilis, quia naturale est nobis ex sensatis & imaginatis intelligere. Et ideo quod reuelatur nobis oportet quod reueletur per signum extrinsecum sicut per audibile, visibile, vel huiusmodi, aut per aliquam apparitionem in imaginatione. Vnde Dionys. ca. de Hiecar. dicit quod impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium nisi varietate sanctorum vel aminum circumulatum. Item quod reuelatur nobis præsentatur intellectus, vel in se quod non potest dici de futuris, vel in aliqua similitudine creata, vel increata. Non creata quia talem non potest creare angelus in intellectu nostro, nec increata quia omnis talis visio est beata, quare &c.

6 Ex quo patet quod illi errant qui dicunt dæmonem nobis aliquid reuelare per hoc quod opponit se animæ nostræ per modum quo opponitur speculū speculo, ex qua oppositione reluet in anima nostra quod est in mente angelica, sicut reluet in puro speculo imago rei præsentat in altero fibi opposito. Hac enim oppositione non potest intelligi secundum situm, cum angelus situm non habeat, neque secundum ordinem, quia intellectus humanus secundum situm vice non habet ordinem ad ea quae sunt separata à materia, sed exphantasmibus eorum cognitione venit. Item angelus per speciem non intelligit ut dictum fuit supra, quare à specie angelica nulla sit species in mente humana ex oppositione angelii ad animam nostram.

7 A D argumentum in oppositum dicendum quod illud est ventura, &c. intelligitur de futuris quæ dependent solum ex diuina voluntate, hoc autem angelii boni vel maligni prædicere non possunt nisi eis fuerint reuelata.

8 A D aliud in oppositum similiter respondendum est quod idem iudicium est de futuris & de præteritis quæ dependent ex mera Dei voluntate, quare, nec hec, nec illa cognoscunt, nec prædicere possunt angelii nisi eis reuelatur à Deo. Etiam idem est iudicium de præteritis & de futuris quæ solum dependet ex causis naturalibus, quia omnia nouerunt naturaliter angelii & reuelare possunt, de futuris ea quæ dependet ex nostro libe. arb. & de his quæ

Quæstio IIII.

146
præterita sunt non est idem iudicium: quia præterita sunt angelo nota per certitudinem, futura vero solum per conjecturam, non propter hoc quod intelligere angelii dependeat ex tempore, sed quia futura dependet ex nostro libe. arb. non sunt nec unquam fuerunt angelio presentata secundum se, nec in sua causa nisi quando sunt à nobis voluta fieri: & ideo non possunt ab angelis cognosci secundum se, nec ratione sue cause nisi quantum angelus potest voluntatem nostram cognoscere de quo dicetur inferiorius, d. 8. q. 5. præterita autem fuerunt quandoq; prætentia & sic fuerunt ab angelio cognita, & adhuc sunt nisi ponamus in angelis obliuionem.

Q V A S T I O Q U A R T A.

Vtrum materia corporalis obediatur dæmonibus ad nutum.

Tota. p. q. 110. nr. 2.

Circa tertium queruntur duo. Primum est, vtrum materia corporalis obediatur dæmonibus secundum nutum. Secundum est, vtrum operentur per intellectum & voluntatem. Ad primum sic proceditur & viderur quod materia corporalis obediatur angelis ad nutum, quia maior est virtus angelii quam anima rationalis. Sed conceptui animæ obedit corpus quo ad motum localē vt patet, i. de anima, & etiā quo ad motum ad formam, immutatur enim corpus ex apprehensione animæ, ad calorem & frigus, & quandoq; vñp ad sanitatem vel cernitatem, ergo multo magis debet obediatur angelis quo ad virrumque

2 Item quicquid potest virtus inferior potest virtus superior, virtus autem angelii superior est quam virtus naturalis sed virtus naturæ potest transmutare materiam corporalem ad formam sicut ignis generat ignem. Et ad formam quia in graubus & lenibus generans per se mouetur ad locum, vt dicitur. s. Phys. ergo multo amplius hoc potest virtus angelica.

3 SED C O N T R A August. dicit quod angelii operantur sicut agricultores respectu segetum. Sed illi non dant formam, ergo nec angelis.

4 Item mouens & motum sunt simul ut probatur. s. Phys. Sed angelus & corpus non possunt esse simul, nec secundum substantiam quia non faciunt unum numerum ut corpus & anima, neq; secundum locum cum angelus in loco non sit, ergo &c.

5 **R E S P O N S I O.** Dicendum quod angelii possunt naturam corpoream transmutare secundum locum, non autem secundum formam nisi mediantibus agentibus naturalibus. Ratio primi est, quia ad mouendum aliquid localiter sufficit prætentia motientis cum prædominio virtutis. Sed angelus potest præfens esse aliqui corpori præsentia quia facit ordo, non situs, prædominatio etiā in virtute nature corporeæ, quare potest ipsam localiter mouere. Ratione autem secundi est, quod si assignent forma non sit sed compositum, factum autem oportet esse simile facientem quia omne agens agit sibi simile, ergo omne quod facit res naturales oportet habere similitudinem cum composite, vel quia est composite sicut ignis generat ignem, vel quia totum composite quantum ad materiam & formam est in virtute ipsius quod est proprium dei. Sic igitur omnis informatio, materię vel est à deo immediate, vel ab aliquo agente corporeo & nō ab angelo.

6 Sed istud non videtur sufficiere dictum, quia videtur sufficere quod agens quantum ad illud quod agit assimilatur factio ad illud quo factum actionem agentis terminat, principiū enim actionis & terminus videntur sibi inicitem responderem per se. Cetera autem per accidēs, hoc autem est sola forma ex parte virtutis, scilicet agentis & faciūt ideo &c. Sicut enim coincidunt agentis & finis in idē secundum speciem inquantum forma agentis quæ principiat actionem est eiudem speciei cum forma facti quæ actionem finit & terminat. Ita autem sufficit quod factū præexistat in virtute facientis. Nam & corpora celestia immedieat causant in illis inferioribus formas alias, puta lumen in aere & in aliis corporibus dyaphanis cum quibus tam in materia non communicant, aut quia materia non habent ut posuit commentator: Aut quia illa materia est alterius rationis, communicare tamen cum eis in lumine mediante quo agunt. Nō oportet ergo quod mouens ad formam sit compositum, aut quod in virtute eius sit totum compositum quantum ad materiam, & for-

T 2 manus,

Magistri Durandi de

mam, sed sufficit quod sit forma eiusdem rationis cum ea quam inducit (sicut calor si per se subsisteret virtute diuisa verè calefacere vel quod in virtute eius sit forma quā inducere debet.

7 Oporiet ergo inuestigare aliam causam, quare angelus non posse mouere ad formam, & sic dici potest q̄ inter formas quae sunt actus & perfectio materiae q̄ quædam quae non potest educi de potentia materie. Sed est per formam creationem (vt anima rationalis) & de tali patet q̄ non potest præducari per actionem cuiuscunq; angelii, quia potentia creandi vel non, potest comunicari alicui creature, vel factum non est communicata sicut dictum fuit. 1. dist. qu. 4. huius lib. Alio autem formæ quæ educuntur de potentia materiae habent iufficiencia principia sue educationis in materia corporali, & ideo frustra ponerentur alia principia educitua talium formarum. Deus autem & natura nihil faciunt frustra, propter quod nulli nature communicata est potentia educendi vel introducendi tales formas in materia nisi in solum agerib; corporalibus in quibus sunt rationes feminales omnium formarum & effectuum naturalium, & quia angeli plenissimè nouerunt causas & rationes feminales omnium rerum materialium, & in eis obedit natura corporalis ad motum, idcirco possunt cōsiderare actua passus, & ea quæ possunt facere ad celestem productionem effectuum. Et ideo per tale ministerium angelorum sunt mirabilis effectus in naturalibus & mira celeritate sicut Magi in Egypto fecerunt serpentes & ranas quas tamē virtute sua non producunt, sed per coniunctionem actiorum & passuorum naturalium.

8 A D primum arg. dicendum quod anima est moueat motu locali corpus, tamen non mouat ad formam nisi mediante motu locali. Ex timore enim reuocatur sanguis ab exterioribus ad interiora, propter quod per consequens exteriora pallescunt & frigescunt. Econuerso est in vice, cuncta quia mittitur sanguis ad exteriora & ideo rubescunt verecundari, & similiiter est de angelis, quia mediatis corporibus naturalibus qui obediunt eis ad motum localem possunt cauare in his inferioribus formam aliquam.

9 Ad secundū dicendum q̄ quicquid potest virtus inferior potest virtus superior in effectibus communibus virtuti viri. Sed in effectibus propriis non, homo enim non potest alium generare, alius tamen alium generat.

10 A R G U M E N T U M. primum pro altera parte bene concludit quod angelii immediatè non dant formam sed medianitibus actionibus rerum naturalium.

11 Ad aliud dicendum quod angelus simul est cum corpore quod mouet. Sed illam similitudinem vel praefantiam non facit sicut sed ordo.

Q U E S T I O N E VI N T A.

Vtrum angelus moueat celum vel quodcumque corpus per intellectum & voluntatem:

an per aliam potentiam.

Tho. 1. q. 11. ar. 3.

S E C U N D O M. queritur, vtrum angelus moueat celum, vel quodcumq; corpus per intellectum & voluntatem, vel per aliquam aliam potentiam. & videtur quod per aliam potentiam, quia angelus in quacunq; distantia potest velle & intelligere rem quamcumq; sed non potest mouere quacunq; rem, neq; in quacunq; distantia, ergo &c.

2 Item mouere est actus transiens in alterius, sed actus intellectus & voluntatis non transire in alterius. Intelligere enim & velle sunt actiones intra manentes, ergo &c.

3 C O N T R A . Omnis virtus non organica est intellectus aut voluntas. Sed potentia motiva in angelo est virtus non organica, ergo est intellectus aut voluntas.

4 R E S P O N S I O . Quidam dicunt & satis probabilius q̄ in angelo præter intellectum & voluntatem est virtus quædam motiva realiter ab eis distincta, quia sicut anima humana mouet corpus sibi coniunctū sic angelus mouet corpus à se distinctū, secundum suppositionem. Sed in anima mouente corpus sibi coniunctū est alia virtus imperans motum (scilicet voluntas vel appetitus sensitivus) & alia exequens motum (scilicet virtus quæ est in nervis & musculis) ergo in angelo mouente corpus separati ad quod mouendū videntur plura requiri quā ad mouendū corpus coniunctū multo fortius est alia virtus exequens motum, à voluntate quæ motu imperat. Pro hac opinione

Sancto Porciano

videtur esse articulus qui dicit quod angelus non mouet sola voluntate. Similiter etiam confirmatur haec opinio per illas duas rationes ad hanc partem adductas.

5 Quicquid sit de coniunctione, ratio tamen magis videtur esse ad oppositū quād ad propostū. Alter enim mouet anima corpus & aliter angelus. Anima enim (cum sit actus & forma corporis) non sic mouet corpus vt ipsa sit mouens secundū lempam, & corpus vt distinctū ab anima sit motum, forma enim nō mouet materię, sed informat, quia forma & agens nō possunt coincidere in idem secundum numerum. Ita quod idem respectu eiudicē sit forma & agens, ut patet. 2. Phys. Et ideo anima cuī sit forma vt quod erit esse respectu corporis nō potest esse causa ut vide principium motus, propter quod virtus exequens motum in rebus animalibus nō potest esse virtus solius animalis, sed est virtus coniuncti, illa scilicet quæ est in nervis & musculis. Mouetur enim animal per hoc q̄ pars mouet partem, non essentiali essentiam, puta forma materialia, anima scilicet corpus, sed integralis integrali sicut crus tibiam & huiusmodi, quamquam virtus mouendi actiū magis teneat ex parte anima. Et virtus mouendi motus in rebus animalibus nō potest esse virtus solius animalis, sed est virtus coniuncti, illa scilicet quæ est in nervis & musculis. Mouetur enim animal per hoc q̄ pars mouet partem, non essentiali essentiam, puta forma materialia, anima scilicet corpus. Et ideo eius est informare corpus non mouere. Et ideo alia est virtus motum imperans, alia exequens. Angelus autem non est alius corporis actus, & ideo nihil prohibet in eo esse eandem virtutem imperans motum & exequentem.

6 Propter quod econtra cōuenientius sic arguitur. Sic ut haberet omnis cognitio nostra ad intellectū angelis. Sic omnis vis motuua nostra se haberet ad voluntatem angelis. Sed omnia quæ nos sensu & intellectu cognoscimus, angelus solo intellectu cognoscit, ergo à sensu quicquid nos à voluntate facimus, & omni vis motuua angelus per voluntatem perficit. Nec hoc est contra articulū qui dicit q̄ angelus non sola voluntate mouet, quia licet angelus nō habeat aliam potentiam motuua nisi voluntate, nō fabiū citur tamen voluntati suae quantum ad actum mouendi quicquid ei subiectum quantum ad actum volendi, unde non potest mouere qualcum res, nec qualitercum liberet vel placere, sed determinato modo prouernatura sua exigit, vel Deus præcipit, seu permittit, sicut & Deus non omnia vult quæ scit quamquam non sit in eo alia voluntas & scientia, sed vnum & idem, quia ad plura se extedit obiectum scientiae quam voluntatis. Sic in angelo, quævis voluntas sit idem quod sua potentia motiva ad plura tamen se extendit in volendo quād in mouendo.

7 P E R . hoc patet respōsio ad articulū. Et ad primū argumentū quād ad aliquid eius parte, scilicet quomodo angelus potest velle aliquid quod nō potest mouere. Sed quantum ad alia partem, scilicet ad distantiam procedit argumentū ex falsa imaginatiōe, quia angelus per intellectū suam, nec est loco propinquus nec remotus, unde si poneatur in angelo virtus motiva alia à voluntate, ita est absoluta à loco & à distantia locali sicut voluntas. Adhuc dato quod requireretur in angelo approximatio localis ad remotam nō potest concludi quin voluntas sit virtus motiva, quia tunc diceretur q̄ licet voluntas angelii nō requirat approximationē quo ad actū volendi, requirit tamen quo ad actū mouendi, quia secundū istam positionē habet duplē actū, velle & mouere, sicut si calor ignis est volitus & celefactus ad volendū quod nō requireretur approximatio, sed solum ad calefaciendum.

8 Ad secundū argumentū dicendum quod angelus non mouet per velle sed vult, & non mouet per intellectū, sed intelligit. Mouet autem per mouere per quod non vult nec intelligit. Et possunt hi omnes actus esse ab eadem virtute ordine quodam.

Sententia octauæ distinctionis in generali & speciali.

Sicut etiam in quaestione verfar. Superius determinat Magister de potestate angelorum honorū & materialium quantum ad meritum & demeritum. Hic determinat de potentia eorundem quantum ad assumptionē corporum. Et dividitur in duas. Primo inquirit quoniam assu-